

1419 febrer 11. La Seu d'Urgell

Francesc [de Tovià], bisbe d'Urgell, a petició dels prohoms de les valls d'Andorra, legitima l'òrgan del Consell de la Terra, de manera que, anualment, es puguin elegir certes persones que tinguin cura dels afers de les valls. Al mateix temps, i també en resposta a una petició, disposa que cap habitant d'Andorra considerat innocent en judici hagi de pagar al notari o al saig de les valls per raó d'informacions, inquisicions i processos.

O.* Andorra la Vella, ANA, Casa Rossell, perg. núm. 40.529. De 259 x 537 mm + 57 mm de plica, presenta restes del fil de llana de colors blanc, verd i taronja que sustentava el segell episcopal. Al dors: «La licència de posar homes e conseyllés» (segle XV); «Licència als hòmens et habitants de Andorra com poden metre concellers en les valls d'Andorra» (segle XV); «Y també com lo balle y notari de les dites valls no poden exigir ninguns drets per rahó de les enquestes y informations per ells preses de les persones contre les quals an procehit se troben ésser innocents. És al Llibre 2, N^o. 24, lletras CC» (s. XVIII); «N^o. 24, lletras CC. Privilegi de poder elegir síndichs y que los processats y enquestats sens ninguna culpa no deuen pagar drets als oficials de la Cúria» (s. XVIII). — **[A]**. Còpia coetània no localitzada, en altre temps als Registres de la cancelleria dels bisbes d'Urgell. — **B.** Còpia de 1674, Andorra la Vella, ANA, ASC, *Llibre de Transumptos*, doc. núm. 24 cc, fols. 56-58.

a. VALLS I TABERNER, *Privilegis i Ordinacions*, vol. III, doc. XXVI, pàgs. 477-481. — **b.** BARAUT, Cebrià, *Els privilegis*, doc. 8, pàgs. 35-37. — **c.** VELA, *Diplomatari*, doc. 25, pàgs. 133-135.

Ffranciscus¹, miseracione divina Urgellensis episcopus. Dilectis et fidelibus nostris probis hominibus et habitatoribus vallium nostrarum de Andorra qui nunc sunt et pro tempore fuerint, salutem et dileccionem. Quia vestri pro parte pridie fuit nobis exhibita et humiliter presentata per Andream d'Alàs, habitatorem loci d'Andorra, quedam supplicacio huiusmodi seriey:

«A la molt reverent e paternal senyoria de vós, molt reverent senyor, humilment supplicant, exposen los humils vassalls y súbdits vostres, los prohòmens de les valls d'Andorra, que com diverses vegades e soveny se esdevinga que ells, tant per rahó dels drets o victigals, axí com són marques, leudes e altres drets, com per contrastes de tèrmens e d'altres qüestions que han necessàriament ab la vila de Puigcerdà e ab los hòmens e universitats de la vall de Querol, e altres circumvehins lurs, los convinga fer ajustament e aplegar Consell per delliberar e acordar què deuen e poden fer sobre les dites coses e ordenar e constituir síndichs o missatgers per a tractar e procurar e

proseguir aquellas. E açò no pusquen fer sens ajustament de Consell e aplech de tots los hòmens de les dites valls. E, molt reverent senyor, los dits ajustaments no facen ne fer pusquen sens gran dan e càrrech dels dits hòmens, qui per ajustar-se en un loch de les dites valls los cové venir de dues o de tres leugües o més luny d'aquell loch e leixar lurs obres rusticanes e, algunes vegades, lurs bestiar a perill de perdicíó. E majorment, senyor, sia perillosa cosa fer ajustament de moltes gents, majorment axí grosseres e on tants caps tants enteniments se demostren. Per çò, molt reverent senyor, per sedar e esquivar tots sinistres scàndols e perills e obviar a aquells, e per benavenir dels dits hòmens, suppliquen a la vostra gran senyoria que sia de vostra mercè graciosament atorgar e ordonar que d'aquí avant, cascun any una vegada, lo Consell, tot generalment, de la dita vall, en un loch d'aquella ajustat, pusquen elegir e assignar dos o tres hòmens de cascuna parròquia e segons que a la vostra senyoria plaurà, los quals juren en forma acostumada de la dita vall que bé e leyalment s'i hauran en consellar, tractar e procurar los negocis e fets de les dites valls e pusquen fer e elegir síndich o síndichs, missatger o missatgers, los quals hajan poder de pertractar, procurar e proseguir los dits fets e negocis en juhí e fora juhí, axí com si per tots los hòmens ajustats de les dites valls eren elegits e constituïts.

Ítem, senyor, com moltes de vegades s'esdevinga que·ls notaris o scrivans e saigs de les dites valls o de la cort de aquelles facen, en absència del jutge o en altra manera per sutgestions de alguns, informacions contra los singulars de les dites valls, citaments o altres procehiments, e a la fi per la cort serà trobat innocent e sens culpa, e açò no contrestant los dits notari et saig forcen los dits, sens culpa, accusats e perseguits de pagar lurs salaris axí com si eren culpables, en tant que indirectament per llur innocència e no culpa són punits. E com sia justa cosa que·ls sia imposat càrrech ni greuge, com baste que per la sola acusació e per veure la veritat de lur innocència sien prou affligits, no·ls deu ésser ajustada afflicció. Per ço, molt reverent senyor, los prohòmens, humilment com desús, suppliquen a la dita vostra senyoria que li plàcia de statuir e ordonar que d'aquí avant aytals accusats e sens culpa trobats no dejen ni pusquen ésser forçats de pagar alguna cosa als dits notari e saig.

E aquestes coses, molt reverent senyor, los farets singular gràcia e mercè.

Nostre Senyor Déu, senyor, vos don bona vida e longa ab prosperable benaventurança».

Nos, itaque, visis et perlectis singulis que in preinserta supplicacione continentur, volentes in et super hiis proinde pro indemnitate et tuicione habitancium dictarum

vallium et eorundem iurium et privilegiorum conservacione quantum possumus juste et salubriter providere vestris supplicacionibus benigniter inclinati, cum hac presenti carta nostra sigilli nostri pendentis munimine, ut infra patet, roborata et dum de nostro processerit beneplacito voluntate et non ultra valitura et duratura, concedimus ac licenciam et facultatem plenarias impartimur, quantum in nobis est, vobis, dictis probis hominibus et habitatoribus vallium nostrarum predictarum d'Andorra pro tempore existentibus, quod in generali congregacione quod vos, iurati seu proceres earundem vallium, facietis de hominibus habitantibus in eisdem possitis et liceat vobis eligere inter vos, assignare et deputare certas personas quibus possitis et libere valeatis potestatem elargiri, quod nomine et vice earumden vallium valeant intervenire, deffendere, tueri et manutenere pro viribus omnia et singula iura, tam victigalium, marcharum, lezdarum, adempriviorum, erbatgiorum et privilegiorum quam aliorum quorumvis inmunitatum, iurium et libertatum dictis vallibus concessorum et espectancium quovis modo, in iudicio vel extra, contra et adversus quascumque personas cuiusvis status, sexus, gradus, condicionis aut preheminencie existant, sicuti et prout necessarium fuerit et negociorum qualitas exposcerit, excepto quod hec nequeant facere seu exercere contra nos ac successores nostros in ecclessia Urgellensi ullo modo. Quam quidem eleccionem dictarum personarum possitis et liceat vobis facere semel tantum quolibet anno. Que persone electe per vos et deputate habeant et teneantur ante exercicium premissorum iurare in posse officialis aut officialium nostrorum qui predictae congregacioni interfuerint, quod bene et fideliter se habebunt circa predicta exercenda deffendentque et quantum in eis erit tractabunt et procurabunt omne bonum et comodum ac utilitatem predictarum vallium dapnumque pro posse evitabunt et execrabunt, dolo, machinacione et ffraude cessantes quibuscumque. Ulterius vobis concedimus et graciam impartimur, ut iuris est et racionis, quod aliqua persona dictarum vallium Andorre habitatrix minime teneatur salarium aliquod vel alias expensas solvere notario aut sagioni ipsarum vallium de quibusvis informacionibus, inquisicionibus et processibus contra eam receptis et accitatis [si] tamen persona illa reperta fuerit innocens, innoxia et sine culpa super illis de quibus delata fuerit aut contra eam opposita extiterint.

In quorum omnium testimonium presentes vobis fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas, quas durare volumus, ut prefertur, dum de nostro processerit beneplacito voluntatis et non ultra.

Data in civitate nostra Urgellensi, die undecima ffebroarii, anno a nativitate Domini millesimo CCCC^o decimo nono.

Ffranciscus, episcopus Urgellensis².

1. *C comença:* Hoc est exemplum bene et fideliter in villa Andorræ sumptum per me Isidorum Soler, notarium infrascriptum, a quodam privilegio per Don Franciscum, episcopum Urgellensem, universitatibus vallium Andorræ concesso ad assignandum et eligendos homines et certas personas ad deffendendum iura et libertates dictarum vallium, manu dicti domini episcopi firmato et cum sigillo pendenti in pergameneo scripto in archivio prædictarum vallium recondito, cuius thenor sequitur sub his verbis. — 2. *A continuació, però lleugerament separat del text, hi va haver una anotació, que va ser raspada; aquesta nota, probablement, informava bé de la iussio del document, bé del registre on havia estat copiat. Sobre la plica, a la dreta dels forats per on es va passar el fil que sustentava el segell apareix el terme Registrata, que indica que el document va ser registrat a la cancelleria episcopal d'Urgell. L'exemplar C acaba: Sig(senyal)num meum Isidori Soler, vilæ de Bellver, comitatus Ceritaniæ, auctotitatibus apostolicæ et magnificorum consulum villæ Podiceritani regio eis concesso privilegio notarii publici et collegiati dictæ villæ Podiceritani, huiusmodi exemplum a privilegio prædicto, ut supra patet, fuit abstractum et cum ipso veridice comprobatum testificatumque ut superius continetur, hec propria manu scripsi, feci et clausi.*